

hʌ caluz

debilia retinere ut muscas. & huiusmodi . valētiora
vero transmittere & non detinere. Ita hiis legibus
videmus humiles paruos & pauperes constringi. s̄
diuites & prepotentes non alligari. q̄ dictum verū
in mala policia & ī malo regimine. sed vbi viget res
publica non est ita. sicut quodam tempore fuit in ro
ma in qua summa seruabatur iusticia.

Nihil etiam &c. Ad evidentiam istius pa
raḡ. nota q̄ ligurgus vir perfectissimus leges quā
plurimas lacedemonis tradidit vt habetur in cro
nica grecorum. & supra libro quinto capitulo de in
gratis paraḡ. Neminem tactum est: īter quas leges
erat lex qua canebatur ne de indamnatis supplici
um sumeretur. vt non nisi in conuictum vel confes
sum sententia daretur. temporis ergoī processu ar
gesilaus suus post tempora successor. lacedemonio
rum ciuitatem gubernabat. & eam secūdum ligur
gi leges regebat. quia cum aduersus rem publicam
lacedemoniorum conspirationē ortam comperisset:
ne mora periculum traheret. continuo id est statim
predictas leges ligurgi abrogavit. id est submouit
& annullauit. q̄ ideo fecit. quia nō videbatur sibi cō
gruum nec possibile: q̄ aduersus conspirationem or
tam iuridice posset incedere: comprehensis ergo &
interfectis sōntibus & nocentibus: qui in rei verita
te erant culpabiles: sed non conuicti nec confessi eue
stigio id est statim leges restituit: & sic vtrūq; simul
proudit. ne salutaris pro re publica animaduersio
vel iniusta esset vel iure impediretur. In quo nota:
q̄ aliquid potest esse iustum & iuste factum: q̄ non
non est de iure factum: nam īterficere hominem pu
blice: & tanq; homicidam & qui realiter fuerit ho
mida & veridice & iuste. iustum ē. sed ipsum sic
non confessum vel conuictum interficere non est de
iure factū. Itaq; vt leges ligurgi superesse possent
republica salua. aliquido scilicet de īdustria argesilai